Eiusdem — Debitum

Coram officio et Actis praesentibus Castren. Capitan. Bransc. personaliter compa-
rens Generosus Joannes Hieronimus Brzozowski olim Generosi
Christophori Brzozowski Notarij terrae Bielscen. filius in
solidum in Pietkowo Turek haeres Sanus mente et corpore
existens palam et libere verbisque perexpressis recognovit Quia
Generosae Cristinae a Kuzyenice Brzozowska genitrici suae
charissimae tenetur et debere cognoscit certi veri ac liquidi de-
biti Quatuor millium flor. pol. Quam quidem summam
Quatuor millium floren. totam et integram in bonis suis he-
reditarijs villae Turek et eius cunctis attinentijs ad eadem bona
Turek tantum spectantibus modo certi debiti inscribit et assecurat
ac eandem de bonis eisdem Turek memoratae Generosae genitrici
suae charissimae eiusque ipsius successoribus per se suosque successores
quos de eisdem bonis inventos remittit et inscribit solven-
dam sub vadio simili eiusdem Quatuor millium flor. pol.
in defectum solutionis ad solvendum succumbendo. Et coram
officio praesenti in primo eiusdem termino peremptoria ... ac dila-
tionem omnibus contrarijs exceptionibus allegationibus protesta-
tionibus quibusuis opponendis ac eaque prosequendis
aliisque in universum juris remedijs et defensis legalibusque
impedimentis etiam de jure concessibilibus se satisfac-
tioni opponendo ... renuntiando.

Brzozowski — Transfusio

Coram officio et Actis praesentibus Castren. Capitan. Branscensibus
personaliter comparens Generosa Cristina Kuzenieczka relicta consors
olim Generosi Christophori Brzozowski Notarij terrae Bielscen.
in Pietkowo Turek solidum Tutrix ... et dominio pertinen.
vigore juris ... possessor sana mente et corpore existens palam
publice ac libere verbisque perexpressis recognovit Quia Generoso
Joanni Hieronimo Brzozowski filio suo legitimo eiusque suc-
cessoribus de juribus et inscriptionibus suis modo reforma-
torio et advitalitiali ac alio quovis juris titulo sibi per olim
Generosum Christophorum Brzozowski Notarium terrae Bielscen.

50805

maritum sui et parentem ipse coram actis quibus vis anteri-
ris super bonis suis haereditarijs obligatorijs ac summis pecuni-
arijs ipsum quomodocunque iuris titulo concernentibus et quibuslibet hucusque
competentibus habitis et habendis factis et recognitis ad praesens
super bona Pietkowo Turek Wolka Osowka Bohomolek
Stoglek Slomiki Zukanowa et alia eo spectantia extendentibus
nec non et alijs generaliter omnibus iuribus et inscriptionibus
sibi pertinentibus per quascunque personas super quasli-
bet summas sive alio quovis modo in bona suprascripta et
eorum adiacentias ob memorati mariti sui respectum per solu-
tionis debitorum et emundationis bonorum ac aliorum quo-
rumvis onerum eiusdem mariti sui factis cessis transfusis
sive etiam perquietationes in rem et personam suam ob per-
solutionem earundem summarum et depositionem onerum ac debitorum
recognitis praeterea et verbaliter seu per recognitiones manuales
donatis generaliterque omnibus praetensionibus quicquid
ipsa in bonis suprascriptis et eorum adiacentijs olim
quondam mariti sui ad hunc usque actum spectarent et concernebant
nihil ex eisdem sibi et suis successoribus seu alij cuipiam re-
servando et excipiendo. Cum eorundem bonorum curijs prae-
dijs villis agris pratis campis silvis borris rubetis paludibus
indaginibus lattis lacubus stagnis piscinis molendinis mo-
lendinatoribus tabernis tabernatoribus mellificijs apiarijs
subditis boiaronibus cmetonibus hortulanis eorum laboris
fundis uxoribus pueris proventibus peculiis censibus debitis
laboribus podvodis et omnimoda obedientia totaque substantia
et supellectili domestica et omnibus in genere ac singulis
in specie bonis mobilibus et immobilibus [illegible] fructibus
proventibus attinentibus et ut supra expressis nullis exceptis
cedit ac de eisdem et nunc condescendit omniaque iura
inscriptiones quietationes praetensiones ac eorum proprietates
et beneficia cum toto eorum effectu pariterque [illegible]

praeemptionibus inviationibus evictionibus ligamentis in originalibus et cessionis inscriptionibus extractis in ipsum filium suum et eius success. plenarie transfert et transfundit dat donat resignat et inscribit perpetuis temporibus cui iam ex nunc in eadem bona supradescripta realem intromissionem cum admissione ac pacifica possessione per ministerialem regni generalem et nobiles duos quem et quos sibi conducere poterit acceptandam dat et admittit personali sua recognitione ad id accedente.

Smurly Donatio

Coram officio et actis praesentibus castrensibus capitaneatus Cracoviensis personaliter comparens nobilis Joannes ab Stanij Smurlo sanus mente et corpore existens palam ac libere recognovit quia nobili Valentino de Casimiri Smurlo et ipsi posteris bonorum suorum immobilium in haereditate Smurly consistentium in campo duos sulcos a via ad lapidem inter metas nobilis Martini Krzypski et eiusdem Valentini iacentium item in alio campo unum sulcum jary a pariete ad granitiem Spiczynsko inter metas eiusdem Krzypski et Comalewic item na klinach unum sulcum jari a pariete ad parietem inter metas Stabaczy et eiusdem Krzypski iacentem cum agris pratis rubetis et omnibus utilitatibus nullis exceptis perpetuis temporibus dedit donavit ac inscripsit cui iam ex nunc intromissionem cum possessione per ministerialem et nobiles duos acceptandam dat et admittit submittendo se cum suis posteris de omnibus bonis memoratum donatarium et eius posteros occasione praemissorum ab omni impedimento iuridico quarumvis personarum per se suosque homines tueri defendere evincere et solus per se et per submissas personas non iniuriare sub damnis suis simpliciter taxatis se coram officio castrensi Grodiciensi in primo citationis termino perempta ratione ac satisfactione omnibus iuris remediis et defensis etiam de per concessionibus se et suos successores submittendo

Poplawy Donatio

Coram officio et actis praesentibus personaliter comparens nobilis Marina filia nobilis Stanislai Poplawski consors vero legitima nobilis Joannis Szlubski cum eiusdem mariti sui uti tutoris coniugalis personali assistentia et consensu praesentaneo sana mente et corpore existens palam ac libere